

Vg
5348



et

UN

An
ti

U

De



191.
191

1673



D. Geor. Maebii

853.

RECTOR UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

Ad


Anniversariam memoriam Reforma-
tionis salutaris, superiori seculo Anno 1517. die
31. Octobr. in vigilia omnium sancto-
rum à B. Luthero feliciter
susceptæ,

IN TEMPLO PAULINO

Craftino die recolendam

Utriusque Reipubl. Patres, ut &
Cives Academicos humaniter
invitat,

*De Luthero ad suscipiendum reformationis
opus sufficienti potestate instructo. ejusq. ad illud
vacatione*





Nil magis hodie à Pontificiis in puncto Reformationis nobis obicitur, quàm quod *Lutherus* nullam ad hanc rem habuerit potestatem & vocationem. Quotquot enim calamum contra illum strinxerunt, illud nobis imprimis opponunt, adduntq; *Lutherum* ex merâ invidiâ & fastu hoc opus suscepisse. Ita ex *Cochleo* scribit *Bellarminus* Tom. 2. Controv. l. IV. de Eccles. Cap. 13. p.

257: *Initium primum omnium hæresium hujus temporis constat fuisse invidentiam, & ambitionem Lutheri, agre ferentis munus promulgandarum indulgentiarum à sui ordinis monachis (Augustinianis) ad monachos ordinis predicatorum translatum fuisse, unde in Disputatione cum Eccio habitâ Lipsiæ Anno 1519. exclamavit: Hæc causa nec propter Deum cœpta est, nec propter Deum finietur. Cornel. à Lapid. in Comm. 2. Epist. Petri Cap. 2. p. 397: Lutherus omnium hujus ævi hæresium choragus, & antesignanus hæresin orsus est, concionando contra indulgentias, eò quod earum promulgatio à se, suoque Ordine Augustiniano ad fratres predicatorum translata esset! Petrus Cutsenius in Saxon. Cathol. p. 11: Lutherus invidiâ accensus in Religiosos, & S. Dominici Patres, vulgo predicatorum, Sylvestrum Prioratem, & Johannem Tecelium, quibus tunc temporis Commissa erat indulgentiarum publicatio, cepit & homines, & actiones verbis, scriptis pungere, sensimque ipsam Ecclesie de indulgentiis doctrinam mordere. Becanus in Disput. de Vocat. Ministror. Viennæ Anno 1616. instituta Th. 98. ita inquit: Lutherus non fuit ordinariè vocatus, aut missus, quia ipsi non collata potestas, & jurisdictio, ac tamen si à Catholico Episcopo sacerdos, seu presbyter ordinatus sit, ac proinde*

ab eo



ab eo acceperit potestatem consecrandi Eucharistiam, non tamen ab eo accepit potestatem, & jurisdictionem reformandi religionem, & statum Ecclesie in totâ Saxonia, & vicinis partibus, nec oppugnandi doctrinam Catholicam, &c. Idem in Manual. l. IV. Cap. 4. p. 200. Cum Lutherus solemnî ritu in Academia Catholicâ Doctor Theologie promoveretur, promisit, interposito juramento se defensurum eam doctrinam, quæ tunc erat recepta. Nec hoc præstitit. Quæ fuit perfidia Lutheri. Ungersdorffius in gratulat. ad status Austriae p. 140. dicit, non posse demonstrari, per quod ostium Lutherus intraverit, cum modo ad mediatam, modo ad immediatam vocationem provocaverit. Walenburchii in Exam. Princip. fid. p. 215: Lutherus fuit Doctor Theologiae, quid hoc ad missionem, & jurisdictionem Ecclesiasticam? Quid ad potestatem colligendi, & regendi Ecclesias? Similia occurrunt apud Scherer. de Commun. sub una Conc. 3. p. 387. Tannerium, part. 1. Anatom. demonstr. 5. §. 1. Imo omnes apostatae hoc argumentum hodie urgent.

Quod verò B. Luthero summa fiat injuria, solidissimis argumentis demonstrari potest. Nam 1. falsum est, Lutherum ex invidia hoc Reformationis opus suscepisse. Ipse Lutherus hanc calumniam profligat. Ita enim ille in Præfat. oper. latin. Jenens: Casu, inquit, non voluntate, & studio in has turbas incidi, Deum testor, cum Anno 1517. indulgentia in his regionibus venderetur turpissimo questu, ego tum eram concionator, & juvenis, ut dicitur, Doctor, & cœpi dissuadere populis, & eos dehortari, ne indulgentiariorum clamoribus aurem præberent, habere eos meliora, quæ facerent, & in iis certus mihi videbar, me habiturum patronum Papam, cujus fiducia tum fortiter nitebar, qui in suis decretis clarissimè damnat questorum immodestiam. Hæc Lutherus. Ex quibus satis colligitur, veram thesion contra indulgentias scriptarum causam non fuisse factum, aut invidentiam, aut odium Papæ, sed intolerabilem questum nundinatorum, quo Papæ auctoritatem imminui posse videbat, quam tamen asserere potius, quàm impugnare in animo habuit, licet Deus totum hoc negotium aliter direxerit. Cochleii autem calumniam ab Emsero mutuatam, & à Bellarmino, aliisque approbatam, disertis, & perspicuis verbis diluit ipse quoque Lutherus,

therus, in Respons. ad Emserum, Tom. 1. Jenens. Germ. f. 404. ubi inter alia sic scribit: Es ist geschehen zu Leipzig auff dem Schlosse in der Cancellen / da durch die Eckerliche Practick gehandelt war von der Disputation nach seinem Vortheil / und meinem Nachtheil / und wir sahen / daß die Ehr ward mehr / denn die Wahrheit gesucht von dem Widerpart / und ich biß zu der Zeit gehoffet / sie hettens in Gottes Namen / wie ich angefangen / da sprach ich / mit kläglichen Worten / und betrübten Gemüht / das Ding ist nicht in Gottes Namen angefangen / es wird auch nicht in Gottes Namen außgehen / &c. Also haben meine Wort nicht auff mich / sondern auff Ecken / der die Disputation angefangen / und die Leipzischen Theologen gelautet / welche mir Emser verkehret auff Jüdische Art. Non itaque invidiam, & factum, uti plurimi ex Pontificiis calumniantur, sed immodicum indulgentiarum quæstum Luthero occasionem dedisse, est manifestum. Fatentur hoc nonnulli ex ipsis Papistis. Sic enim Laurentius Surius in Append. ad Chron. Naucleri Tom. 2. Col. 566: *Quia interdum non parvi abusus ejusmodi indulgentiis evulgandis sese immiscuerunt, inde sumptâ occasione Lutherus primum in indulgentiarum immodicos quosdam & sordidos suo duntaxat questui inservientes buccinatores acriter invecus est, &c.* Gvicciardinus (qui Lipsio in Notis ad Polit. l. 1. p. 371. liber verax, & ab affectibus immunis est) l. 13. Histor. ad Annum 1520. f. 296. edit. Basil: *Luthero occasionem dederunt indulgentie nimis licenter concessæ à Pontificibus, quæ quia pecuniæ tantum à mortalibus exigendæ causa concedi notum erat, magnam turbam excitarunt.*

2. Falsum est, quod ad immediatam provocaverit vocationem, uti Ungersdorffius cum multis blaterat. Figmentum hoc disertis verbis refutat Lutherus in Epist. ad Senat. Mulhusinum, Tom. 2. Germ. Jen. f. 451. b: Ich habe noch nie geprediget / noch predigen wollen / wo ich nicht durch Menschen bin gebeten / und beruffen / denn ich mich nicht berühmen kan / daß mich Gott ohn Mittel von Himmel gesand hat. Si autem ipsum Reformationis opus, & Anti-Christiani regni oppugna-

pugnationem spectare velimus, negari non potest, aliquid extraordinarium, & peculiare hic concurrere, quod supra communem reliquorum ministrorum, mediatè, & ordinatè vocatorum sortem, Lutheri ministerium evehit. Referimus huc 1. *Oracula, & prophetias nonnullas de opere Reformationis, & Anti-Christi revelatione, Lutheri ministerio peragendis, ut Dan. II. 25. Cap. XI. 44. Apoc. XII. 6.* tum quæ ab aliis spiritu vaticinio præditis editæ sunt, utpote à *Job. Husso, Hiltenio, & aliis quàm plurimis, de quibus vide D. Gerh. Tom. V. LL. §. 292. p. 1285. seqq.* 2. *Excellentia, & singularia Lutheri dona, qualia in primis fuerunt eruditio rara, summa lingvarum peritia, iudicii acrimonia, dexteritas in scripturis vertendis planè admiranda, eloquentia divina, &c.* Testimonia hujus rei vel ab Adversariis afferre possemus, si opus esset. 3. *Animum Lutheri heroicum, & in periculis etiam maximis imperterritum.* Historia istius temporis docet, quòd *animum, etiam in summis periculis nunquam abjecerit.* 4. *Mirandam, & planè singularem adversus insidias adversariorum conservationem.* Ad animum quæso sibi revocet benivolus Lector, quot *minæ, & quot anathematum & proscriptionum fulmina à Papa in ipsum fuerint evibrata? imo quantis viribus isti fuerint instructi, qui ipsum fuere persecuti? Sed divino patrociniò semper fuit conservatus, ringentibus quamvis & indignantibus Adversariis.* 5. *Mirabilem, & felicissimum Evangelicæ prædicationis successum.* Vix dici potest, quàm feliciter pura Evangelii annunciatio fuerit propagata. Fatentur hoc ipsimet Adversarii. Hinc *Bellarminus in Oratione, habitâ Romæ Anno 1576. quæ præfixa est Tomo I. Controversiar. lit. B. ita inquit: Quis ignorat pestem Lutheranam in Saxonia paulo ante exortam mox Germaniam pene totam occupasse, inde ad Aquilonem, & Orientem profectam, Daniam, Norvegiam, Sueciam, Gothiam, Pannoniam, Hungariam absumpsisse, tum ad Occidentem, & Meridiem pari celeritate delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam, florentissima quondam regna brevi tempore populatam, ad extremum alpes transcendisse, & in Italiam usque penetrasse.*

3. Falsum est, quod *nec mediatam, nec ordinariam habuerit ad hoc Reformationis negotium vocationem.* Nam 1. ordinatus fuit presbyter ab Episcopo suo, Anno Christi 1507. ætatis 24. ubi in ordina-
tione

tionem suam accepit potestatem docendi. Quamvis verò ritus ordinationis apud Pontificios multis superstitionis ceremoniis sit vitiat, ex eo tamen ordinationis essentiae nihil decedit. In ordinatione enim divinum distingvendum est ab humano, essenziale ab accidentali. Vi hujus ordinationis *Lutherus* accepit potestatem docendi defendendiq; veritatem caelestem, & contra errores, si quos observaverit, pugnandi. Id enim natura vocationis Ecclesiasticae, id Ecclesiae ipsius ratio, id Evangelicae veritatis Majestas, id salus fidelium, id falsitatis indoles requirit. Haec potestas ratione immediatae obligationis terminabatur quidem in Ecclesiam Witebergensem, postea tamen etiam in universam Ecclesiam, quam suae Ecclesiae in fovendis erroribus conformata videbatur. Requirit hoc etiam intima connexio, & communio, quam omnes unum corpus constituunt Ecclesiae. Et privato cuius licet ad incendium Ecclesiae exclamare, & veritatis arma contra veritatis hostes stringere. Vide *Panormitanum, in Sicil. Abbatem Nic. de Dudeschis C. significasti.* Adde, quod veritatis propugnatio falsitatis impugnationem, & Reformationem inseparabiliter includat.

2. Vocatus fuit Anno 1508. ad professionem Theologicam in Academia Witebergensi. In hac vocatione vi statutorum Academicorum ipsi dictum fuit: *Vestrum est, legem interpretari, & librum vitae docere.* Jam autem Professori Theologiae incumbit, non tantum sacra scripturam juxta ὑποτύπωσιν ὑγιαίνόντων λόγων interpretari, sed etiam ἀντιλέγουσας ἐλέγχειν, Tit. I. 9. Quam conscientiam ergo tacere potuit *Lutherus*, quando tot, & tantos errores in Ecclesiam Papisticam deprehendit? 3. In solenni Doctoratus actu Anno 1512. iterum potestatem accepit veritatem caelestis doctrinae contra quosvis heterodoxos viva voce & scriptis defendendi, & propagandi. Jam autem in Ecclesiam Pontificiam doctrinae caelestis variis erroribus erat corrupta, & obtenebrata. Obligatus itaque erat, ut pro conscientiae ratione corruptelis se opponeret, & verbum divinum a depravationibus vindicaret. Ad hunc suum Doctoratum provocavit passim. Ita *Tom. V. Jen. f. 157:* Hier sprichstu vielleicht zu mir / warumb lehrestu das mit deinen Büchern in aller Welt / so du doch allein zu Wittenberg Prediger bist: Antwort; ich habe es nie gern gethan!

than / thue es auch noch nicht gern; ich bin aber in solch
Ampt erstlich gezwungen / und getrieben / da ich Doctor
der 3. Schrifft werden muste / ohn meinem Danc / da sieng
ich an als ein Doctor dazumahl von Päpstlichen / und Käy-
serlichen Befehl in einer gemeinen freyen hohen Schule /
wie einem solchen Doctor nach seinem geschwornen Ampt
gebühret für aller Welt die Schrifft aufzulegen / und jes-
derman zu lehren / habe auch also / nachdem ich in solch
Wesen kommen bin / müssen darinn bleiben / kan auch noch
nicht mit gutem Gewissen zurück / und ablassen / ob mich
gleich Käyser und Pabst darüber verbannen. Denn was
ich habe angefangen als ein Doctor, auß ihrem Befehl ge-
machtet / und beruffen / muß ich warlich bis an mein End
bekennen / und kan nun fort nicht schweigen / noch auffhö-
ren / wie ich wol gerne wolt. Regerunt autem hinc Pontificii, uti
supra à Becano audivimus, Lutherum in actu doctorali interposito
juramento promississe, se defensurum eam doctrinam, quae tunc fuerit
recepta. Resp. juravit sub conditione, quatenus doctrina illa ef-
set verbo Dei conformis. Cùm autem postea deprehenderet,
eam à normâ verbi divini discrepare, merito illam rejecit, impri-
mis ex hoc fundamento, quia promiserat, se omnem *ερεποδοξίαν*
vitaturum. Nec enim juramentum debet esse vinculum iniqui-
tatis C. quanto, Extra de Jurejurando. Confer hinc Lessium, Tole-
tum, Molinam, Sanchez & alios Casistas.

Quæ omnia satis evincunt, Lutherum ad hoc Reformationis o-
pus sufficientem habuisse potestatem, & falsò criminari Pontifici-
os, illum hinc fuisse destitutum, & contra jus & æquitatem hoc
negotium aggressum fuisse. Nos verò grato debemus agnosce-
re animo insigne illud, & admirandum Reformationis opus, quod
Deus Ter Opt. Maximus, circa finem mundi per organum hoc
salutare perficere voluit. Quanta beneficia exinde ad nos redun-
daverint, pauci homines rectè perpendunt! Videas enim, qui vel
raro, vel nunquã hunc immensam beneficentiæ divinæ actum gratã
mente sibi ad memoriam revocant. Imo videas, qui putant, se in
quavis Religione posse salvari. Hi aliquando cum æternæ salutis
dispendio experientur, quantopere hisce pessimis persuasionibus
fuerint

14. 5348
fuerint decepti. Rectius hanc rem secum æstimavit serenissimus
& potentissimus Saxon. Elector JOH-GEORGIUS II. Dominus noster
Clementissimus. Ille enim satis deprehendens, quanto beneficio
misericordissimus Deus hunc Electoratum affecerit, dum superio-
ri seculo, Anno videlicet 1517. in vigiliâ omnium sanctorum, & sic
ante 146. Annos initium hujus salutaris Reformationis fecerit, &
verbum suum, quod tot corruptelis, & detestandis erroribus à
Pontifice Romano vitiatum, & corruptum erat, per sæpius lau-
datum B. Lutherum purum, & sincerum nobis restituerit, expur-
gato Augiæ Papisticæ stabulo, adeo ut jam non amplius in tene-
bris, sed in luce ambulare possimus, hinc clementissimè deman-
davit, ut quotannis per Electoratum, & annexas provincias sub
hoc tempus Deo nostro imprimis devotas persolveremus grates,
simulque ardentibus precibus illum sollicitaremus, ut sanctum hoc
suum depositum perpetuò apud nos conservare velit! Tam pio er-
gò, & clementi mandato obsequentes, merito cras celebrabimus
memoriam singularis istius divinæ gratiæ. Quò verò ad debitas
grates peragendas eo magis exstimulemur, hinc de summo isto be-
neficio per B. Lutherum præstito sub comparatione Eliæ ex umbo-
ne Templi Paulini verba faciet Juvenis Eximius atq; Præstantissimus
DN. M. CHRISTIANUS Schmidt / Penigâ Misn. SS. Theol.
Studios. industrius. Proceres ergo utriusq; Reipubl. ut & alios,
Cives Academicos humaniter invitamus, velint Crastino die, Deo
dante, finitis sacris antemeridianis in Templo Paulino Oratori
huic disertis vacivas aures præbere, & immensum hoc benefi-
cium paulo altius nobiscum gratâ mente expendere, Procede-
mus autem ex sacello Nicolaitano in vigilia omni-
um sanctorum.

P. P. die 30. Octobr. Anno ενανθρωπήσεως
M. DC. LXXIII.

LITERIS COLERIANIS,



M.C.

simus
noster
eficio
perio-
& sic
it, &
ous à
slau-
xpur-
tene-
man-
as sub
rates,
m hoc
bio er-
bimus
lebitas
sto be-
ambo-
tissimus
Theol.
e alios,
e, Deo
Dratori
enefici-
ede-

ULB Halle 3
004 957 083



1077







257: Initium
 invidentiam,
 gandarum in
 ad monachos.
 tione cum Ecc
 propter Deum
 pid. in Com
 hujus evi her
 onando contra
 Ordine Augu
 Cutsenius in
 Religiosos, &
 Prioratem, &
 rat indulgenti
 scriptis punge
 mordere. Be
 1616. instituta
 tus, aut missus,
 à Catholico Ep



à Pontificiis
 nis nobis obji
 therus nullam
 potestatem &
 quot enim ca
 inxerunt, il
 ponunt, ad
 merâ invidiâ
 pisse. Ita ex
 inus Tom. 2.
 el. Cap. 13. p.
 constat fuisse
 unius promul
 ugustinianis)
 de in Disputa
 Hec causa nec
 Cornel. à La
 verus omnium
 sus est, conc
 à se, suoque
 esset! Petrus
 iâ accensus in
 Sylvestrum
 s Commissa e
 tiones verbis,
 iis doctrinam
 iennæ Anno
 dinariè voca
 ac tamen si
 ac proinde
 ab eo

ab eo
 accep
 Eccle
 nam
 Cum
 gie p
 doct
 fidiâ
 140.
 veri
 prov
 ther
 nem
 fias
 p. 38
 apo
 Quo
 dem
 Rel
 pro
 qu
 An
 ego
 sua
 ren
 vic
 nit
 am
 co
 in
 nu
 qu
 lic
 ca
 pr